

valoris voti. Ut num. vigesimo diximus de dubio, an res promissa sit indifferens: Quod a fortiori in hoc casu locum habet. Cum constet materiam voti esse bonam, & legitimam.

36 Tandem observandum est, Ricardum 4. d. 38. art. 1. quod, secunda corpore, dicere huiusmodi vota pro rebus temporalibus obtinendis, includere implicitam conditionem, si illa obtineantur; ac proinde eis non obtentis, minime obligare votum; nec obligare, donec obtineantur.

CAPUT VIII.

Qualiter votum de operibus contra consilia, irritum sit; aut quando finis est contra consilia?

SUMMARIUM.

- Quotupliciter aliquis opus consilii opponatur? n. 1.
Quae quaestiones disputanda sint? n. 2.
Votum de oppositis contradietorie consiliis, est irritum, n. 3.
An sit necessarium esse voti commentario, aut dispensatio? n. 4.
Quale peccatum sit in votis? n. 5.
An sit mortale, inducere aliquem ut iuret, vel vocet se non ingrediendum religionem? n. 6.
An valeat votum non ingrediendum religionem, dum in ea regulariter observantia non viget? n. 7.
An valeat votum contra consilia, quando votans est ad illa ineptus? n. 8.
An vota religionis, castitatis, non inveniendi matrimonii, sint irrita, quando ob lapsus in venerea consuetudine est voti matrimonium, aut si his votis emissis hoc superveniat, et esse obligatio? Referatur quaedam sententia, n. 9.
Demencia Auctoris, n. 10.
An hoc vota obligent, quando praesens copula cum famina, sine matrimonii datur? n. 11.
An praecedenti, hanc fidem cum copula voti hic, tesser coram obligatio, ita ut absque dispensatione licet ad nuptias transire? n. 12.
An praecedenti, solum sponsalibus valeant vota castitatis, aut ordinis sacri suscipiendi? n. 13.
An votum non votandi, vel non nisi cum talibus circumstantiis, valeat? n. 14.
An valeat emissio postea absque illis? n. 15. 16. & 17.
Quid de voto, vel iuramento non mutandis, non suscipiendi? n. 18.
An in clericis valeat iuramentum, vel votum non suscipiendi? Et quando sit illi interdictum suscipere? n. 19.
Quid de voto, vel iuramento non petenda dispensationis, vel relaxationis voti, vel iuramenti? Et non ea utendi? Referatur quaedam sententia, n. 20. Et sententia Auctoris, n. 21.
Quid de voto non petenda dispensationis? n. 22.
Quid de voto non petenda dispensationis, aliorum preceptorum; numero 23.
Quid de voto non petendi hoc absque causa? n. 24.
Quid de voto non petendi ex quavis causa legitima? n. 25.
Quid, si hoc absque causa legitima petentur? n. 26.
Quid de voto non petenda dispensationis? n. 27.
An liceat tunc hoc petere in dubio, an sit iusta causa? n. 28.
An possit peti huius dispensatio? Et postea principalis, vel utriusque simul? n. 29. & 30.
An qui votis se non petitorum dispensationem, possit petere relaxationem, vel commutationem, vel e contra? n. 31.
An valeat iuramentum homini praestitum non petenda dispensationis? n. 32.
An possit ab Episcopo peti iuramenti huius relaxatio? n. 33.
Quid de voto, vel iuramento, ut nullus prater Papam possit in eo dispensare, vel ab eius transgressione absolvere, vel adsum-

di Romam ad hoc impetranda? Et an hoc sit reservata? num. 34.
Et an tunc valeat dispensatio, vel absolutio ab inferiori obtentis, nec esse tunc obligatio adveniens Romam? num. 35.
An possit prius huius iuramenti, vel voti dispensatio, obtineri ab Episcopo? num. 36.
An votum non acceptandi Episcopatum, vel alia publica munera valeat? num. 37.
An superior religionis, vel quavis praelatus possit ad ea acceptanda obligare? num. 38.
An possit hic absque iusta causa acceptare, teneatur obedire? num. 39.
Post num. 39. invenies alia summaria.

P Remittendum est, opera consilii Evangelicis opposita esse in triplici differentia. Primi generis sunt, quae illis opponuntur contradietorie, seu negativae. Ut non esse calum, non ingredi religionem. Secundi generis sunt, quae opponuntur quasi contrarie, ita cum perfectioribus incompatibilia, ut non includant descensum ad statum imperfectiorem eo, quem tunc votans habebat. Ut servare perpetuo xenodochio, non stat cum ingressu in religionem; & ingressus in religionem maiorem, non stat cum ingressu in minoram. At neuter status privatus bono perfectiori tunc possessio. Tertii generis sunt, quae ita contrarie opponuntur, ut includant descensum ad statum inferiorem eo quem tunc votans habebat. Ut status conjugalis, qui claudit descensum ad statum concubitus.

Quaestio prima. An valeat votum de rebus contradietorie, seu negativae oppositis consiliis Evangelicis? Prima conclusio sit, Votum huiusmodi est omnino irritum; ut votum non ingrediendum religionem, non eroganda elemosynae. Haec est certissima, & ab omnibus admittitur, dempto his qui in summa titulo de voto, numero tertio, in fine, ait votum non ingrediendum religionem esse temerarium, ac valere. Sed ratio nostrae conclusionis est, Quia haec nulla bonitate morali afficiuntur, ut proinde legitima voti materia esse non possint. Item, quia est integrum sit, cuius ea perfectioris consilia non amplecti; at non est integrum, se voti ad ea non servanda obligatione adstringere; eam enim Deus non acceptat.

Quare nulla opus est commutatione, aut dispensatione, ad contraveniendum huic voto. Quia defectu materiae est penitus nullum. Atque contra aliquos in simili defendimus de iuramento. factio Deo contra consilia, libro praecedenti, capite nono, numero undecimo.

Secunda conclusio. Vota eiusmodi emittere, est culpa communitate venialis. Quia sunt vana, & debita materia delictum. Quia tamen res non est adeo gravis, non excedit culpam venientem. Ita docent Cajet. 2. q. 88. art. 2. d. 2. & in summa, verb. votum c. 2. paulo post principium; ubi Armilla num. 1. Status lib. 7. de iustis, quae 1. art. 3. d. 2. circa 5. conclusioem, versiculis. Superius autem, in summa c. 12. num. 29. & 35. Cavar. de pasc. 1. p. 8. & num. 7. Aragon. 2. 2. quae. 88. art. 2. d. 2. circa 5. conclusioem, Valentia 2. 2. disp. 6. quae. 6. puncto 2. diffinit. a. Azor. lib. 11. institutionum moralium c. 14. q. 6. At in quatuor casibus est let mortale. Primus est, si votans animus sit se obligare ad id votum observandum, etiam quando consilium illud obligat sub mortali. Ut si vouerit se non daturum elemosynam cuiquam etiam extreme indigenti. Tunc enim id votum est mortale, ultra mortale propositum. Sed quod ille ad rem mortalem se obligaret. Ita fatentur omnes Doctores citati. Secundus est, si quis sciens ea vota Deo displicere, ea Deo nuncupet tamquam iusti grata. Eset enim mortalis blasphemia, tribuendo Deo, quod eicon, venire nequit. Ita Cajetan, utroque loco, & Sotus. Tertius est, si in odium, & contemptum religionis fierent haec vota; quali vellet vouens, ut Deus ea acceptet in contemptum consiliorum. Ita Sotus & Valentia ibi. Ultimus est, si quis sciens ea vota Deo displicere, & animo displicendi Deo ea emitteret, Qui hoc est directum charitativum contrarium. Ita Cajet. eo art. 2. d. 2. d. 3. & Aragon. ibidem. Sed Novari. eo. c. 12. num. 35. limitat, quando animus huius est ut Deo displicere, quemadmodum displicent peccantes mortaliter. Secus si animus esset in tantum displicendi, in quantum displicet peccans venialiter. At hanc limitationem non approbo; quavis enim leve sit, materialiter eligere, quod Deo venialiter displicet. At id eligere animo sit displicendi Deo, est grauisimum; ac charitati Dei directum contrarium. Et sic non datur leuitas materiae.

Unde non video, qua ratione sit verum, quod tradunt Palud. 4. d. 38. q. 1. ad finem, in 1. conclus. in 2. 31. & D. Anton. 2. p. tit. 12. c. 2. in fine principium, peccare mortaliter inducentes aliquem, ut iuret, vel voueat se non ingrediendum religionem. Cum enim id vouere sit solum veniale; eam culpam non excedit inducens. Aterit vera praedicta sententia in casibus non praedictis, in quibus id vouere esset mortale. Item in casu, in quo retrahere ab ingressu est mortale. Quod quando fit dicimus infra.

Sunt tamen limitandae haec conclusiones, nisi aliqua causa concurreret, efficiens, ut opus, quod ex se est consilium tale non esset. Quippe obligare tunc votum abstinendi ab eo. Ut valeret votum non ingrediendum aliquam religionem, quando in ea regularis observantia non viget. Ita Novari. summa. c. 12. num. 36. Hoc tamen intelligitur, quando omnibus illis religionis defectibus, ac seculari occasione praesentibus, prudenter iudicaretur fore, ut vouens melius seruiret Deo in saeculo.

Hinc deducitur primo, si quilibet ratione alicuius particularis circumstantiae ineptus esset ad consilia divina exequenda, licetum esse in eo, & validum votum contra consilia. Ut si quilibet ex se infirmo praedictumque ita propterea voluntatis, & iudicii affectuorem esse nosset, ut aut ita leuem, & inconstantem, vitilique deditum, ut viri prudentes illi consilium esse iudicarent, ne ad sacros ordines, aut religionem ascenderet; validum esset votum non ascendendi ad hec; tamdiuque illo obligaretur, quamdiu ineptitudo haec duraret. Similiter si quis gratia ingentis pauperum necessitatis subleuanda eis necessarius esset, valide voueret se non fore religiosum durante ea necessitate. Eadem ratio valeret votum abstinendi a ieiunio voluntario, quod excellentia charitatis opera impedit. Similiter irregularis vouens se ad sacros ordines non promovendum, teneatur votum, durante irregularitate. Ratio horum est, quia in his casibus non est votum contra consilia, imo saluberrimum consilium his est, servare materiam illam voto promissam. Et ideo (ut dicemus numero 53.) valet votum inveniendi matrimonium in homine illecebris carnis deo. Quia attenda illius peculiari fragilitate salubrior fore iudicatur matrimonium iniri, quam in statu celibatus permanere. Et in hoc sensu intelligendum est Sotus libro 7. de iustis, quaestio prima art. 3. d. 2. circa 5. conclusioem, vers. Sed arguit ubi ait ineptum ad religionem peccare vouens se illam non ingrediendum. Quia si simpliciter ineptus sit, vanum est votum. Si vero quomodo imptus fore ut sit potens, inique agit. Sed hoc intelligendum est, quod ita promitteret, ut se obligaret etiam cessante illo impedimento ad non ingrediendum. Quia hoc esset contra consilium, ac proinde id votum esse illicitum, & irritum. Ad obligare se propter id impedimentum ad non ingrediendum, est licitum, & validum. Quia id votum intelligitur eo impedimento durante, quo sublatum cessat.

Secundo hinc deduci videtur, votum religionis, aut castitatis, aut non inveniendi matrimonii, fore irrita in illis, quibus salubrior iudicatur fore, ut matrimonium ob in continentiam ineanet. Et potest id persuaderi. Quia votum inveniendi matrimonium est in his validum, (ut dicemus numero 53.) eo quod fit de meliori bono, respectu illius vouentis. Ergo praedicta vota hinc contraria sunt de minori bono respectu votantis, ac proinde irrita. Duae enim res contradietorie nequeunt in eodem legitima voti materia esse, & pro eodem tempore. Et ita videtur supponere Valentia 2. 2. disp. 6. quae. 6. puncto 2. difficult. 4. column. penult. vers. Ad confirmationem. Et tenet expressè Petrus de Ledesma 2. 2. tomo summa, tract. 10. c. 2. d. 5. Addit tamen teneri hunc impetrare dispensationem. Quod non intelligo. Si enim votum est irritum, non eget dispensatione, & si eget, non est irritum. Et hinc rursus potest inferri, tria haec vota emissiva ab hoc ante incontinentiam, non obligare ea superueniente, sed hinc tunc integrum fore absque dispensatione ulla matrimonium inire. Quia quando vouenti constat aliquid sibi esse melius quam materiam a se promissam, potest propria auctoritate in id commutare. At hinc constat salubrior fore illi matrimonium. Secundo; quia (ut diximus c. 23. & 24.) quod ante emissionem votum efficit, ut res promissa sit inepta voti materia, si eo emissio superveniat, tollit voti obligationem. Si ergo haec ante emissiva haec vota contingant, irritantur illa, tollent quoque eorum obligationem superuenientia.

Fateor argumenta haec fortissima esse, & speculativa persuadere intentionem. At praedictum neutrum asserere audeo, sed dicendum est valere ea vota emissiva ab eam incontinentiam patiente; & a fortiori quando illis emissis haec supervenient, non cessare eorum obligationem. Ducor, quia oppositum asserere video esse contra communem Ecclesiae usum: quantumvis enim quis carnis illecebris vexetur, & incontinentis sit, si voto castitatis se deincepat, aut ante deincepat, solet à Pontifice dispensationem impetrare, nec illi conceditur, nisi rigidissima commutatione in iuncla. Nec credo virum aliquem doctum, & pium ausum fuisse hunc ab ea obligatione eximere. Quare contrariis argumentis respondendum centio cum Valentia allegato in numero praecedenti; vouentem haec vota posse bifariam considerari. Priori modo, ut est sitim paucis esset in mundo. Posteriori modo, ut pars esset, & membrum communitatis Ecclesiae; atque adeo, ut bonum, vel malum Ecclesiae, esset bonum, vel malum ipsius. Quavis ergo huius, ut singulari persone sit melius, iis votis minime servatis ad nuptias transire. Ad ipsamet, ut parati communitatis Ecclesiae; atque adeo omnibus consideratis melius est, gratificari Deo, ut quamdiu superior cum eo non dispensat, censeatur iis votis adstrictus. Quippe plurima mala, & scandala

in Ecclesiae communitate futura essent, quae proinde in quolibet tamquam Ecclesiae patrem recundant, si quilibet suo iudicio posset ob incontinentiam his votis neglectis ad matrimonium transire. Quippe depravata cupiditas plurimos falleret, falso existimantes se continere non posse. Atque ita plurima materia, & egregia opera, Ecclesiaeque utilissima impeditur. Atque ob horum votorum maximam dignitatem, ut irrita censeantur, eorumve obligatio cesset, oportet praesentibus esse voti contrarium, non tantum, ut singulari persone, sed ut parti communitatis. Et in his votis est verum, quod ait Major. in 4. d. 38. quae. 1. col. 2. nempe, non oportere materiam voti esse voti molierem, sed fact esse, ut sit in se melior. Atque aptum huius simile est, quod attuli lib. 9. de matrimonio, disp. 17. num. 15. ubi late probavi voluntariam feminis effusionem nulla unquam causa honestari posse, eo quod ex ea honestata ob aliquam causam bono alicuius privati utilis valde ingentia toti communitati damna sequerentur, aperiretur enim ostium incontinentiae, proclivitateque ad illam homines obsecrati, facile existimarent adesse causam feminis licite effundendi.

At fatendum est, praecedenti aliquo fortiori vinculo vota haec non omnino obligare. Ut si quis hie matrimonium data virginem desloraret, aut mulierem bonae famae devocineret, si publica se voto castitatis, aut religionis devocineret, vota haec non ulquequaque obligarent, sed his non obstantibus teneantur inire, ac consummare matrimonium. Quamvis teneantur mortua uxore, aut iusta divortii causa existente, ad religionem transire. Intus si fuerat votum castitatis, teneatur illud ex parte servare, nempe, non petendo debitum, & abstinendo a quocumque alio concubitu, & non redendo praedictumque iusta divortii perpetui causa fuerit. Ratio autem est, quia votum superveniens nequit priorem iustitiam obligationem extinguere. Nec matrimonium inito, & nondum consummato, licitus est in hoc casu transitus ad religionem. Quae probavi lib. 1. de matrimonio, disp. 44. per votum, puncto lte. 8. disp. 36. à numero 8. usque in finem.

Imo, si haec vota praecederent, liceret absque dispensatione aliqua in praedicto casu, manente obligatione eorum modo explicato in praecedenti, ad nuptias transire, quando femina illa horum votorum ignara erat, & magna fama iacturam pateret matrimonio non fecuto. Ut contra alios probavi l. 1. de matrimonio, disp. 45. à n. 3.

Quando autem sola sponsalia praecedunt, satis probabile est, posse votum castitatis, aut ordinis suscipiendi emitti; per illudque diffini sponsalia, quamvis probabilis sit oppositum. Ut late disputavi lib. 1. de matrimonio, disp. 46. & 47. Tertiò deducitur, quamvis votum, vel iuramentum non vouendi, sit irritum: quia vouere est consilium Evangelicis, atque religionis actus. Si tamen ad vouendi facilitatem, & scrupulos, aut alia peccata inde consequentia cavenda, quisquam voueret se nunquam votum, nisi scripto, aut coram aliquibus personis, aut abique confessorio consilio, vel aliis circumstantiis, valeret votum. Quia facile, & imprudenter vouere non est consilium, & melius est, sic prudenter votum obligare. Et ita docent Ricardus 4. diffinit. 38. art. 2. quae. 3. Angelus verbo votum 3. numero 4. Sylvester verbo votum 2. quae. 7. Sotus lib. 7. de iust. quae. 1. art. 3. d. 2. circa 5. conclusioem versiculis. Et ibi sit, Aragon. 2. 2. quaestio 88. art. 2. d. 2. circa 5. conclusioem, in prima conclusioem, Azor. l. 11. institut. moral. c. 14. quae. 6. Manuel. 2. tom. summa. c. 94. n. 13. Petrus de Ledesma, 2. tom. summa, tract. 10. c. 2. d. 5.

Quod, si huius voti memor hic aliud votum non servatis praedictis circumstantiis emittat fatentur omnes praedicti Auctores votum fore validum; peccare tamen hunc tamquam prioris voti liciti transgressorem. Quia votum prius non auferre potestatem se eo non servato obligandi valide. Potest enim materia posterioris voti esse licita, & honesta, nec vitio fractionis posterioris voti comminatur. Atque id peccatum esse lethale asserunt Angelus, & Sylvester, numero praecedenti allegati. At reliqui non explicant, quale peccatum sit, sed Aragon. dixit esse grave peccatum. Sed dicendum est, non semper esse mortale; sed quando maxime expediret saluti vouentis non vouere absque illis circumstantiis. Quia in alio casu censetur materia licita, ac proinde transgressio venialis.

Quare non assentior aliquibus Neotericis dicentibus, hoc posterioris votum absque illis circumstantiis emissum fore irritum, quando ob vehementes scrupulos consilium esset illi non vouere absque praedictis circumstantiis, quam vouere. Quia tunc votum est de minori bono. Sed si haec ratio esset alicuius momenti; probaret omne votum absque materia deliberatione emissum esse irritum. Quia cum sit vouens peccet, melius est illi non vouere, quam ita vouere. Praeterea, quia votum ob finem mortalem non rei promissa; sed solius voti, valet. (Ut diximus c. 6. num. 12.) Cum tamen melius esset non vouere. Quippe sic vouere est culpa mortalis. Quare (ut diximus c. 1. num. 9.) satis est valor voti, ut materia ipsius sit melius bonum, est ratione modi vouendi melius sit non vouere, quam sic vouere.

Major autem difficultas est, quando ille immemore prioris voti, posterius hoc emittit absque praedictis circumstantiis. In quo quaeritur non videtur loqui Doctores numero

quisvis hic nequeat referre restringendo aliorum facultatem, potest tamen ea minime restricta obligare se ad Pontificem adendum, ut ea impetret. Sicut valeret votum subditum, qui causa alicujus peccati cavendi voveret se quotiescunque illud admiserit, futurum superiori. Quoad dispensationem tamen, & illius obligationem, est latum discrimen. Nam quando prior esset intentio, præcisa esset obligatio Romam adendum in prænam fractionis iuramenti, vel voti: & insuper petendi abolitionem peccati à Pontifice, vel dispensationem voti, aut iuramenti, si eam petere velit; & ac proinde erit obligatio Romam adendum, est Pontifex abesse, & insuper obtinenda ab eo dicta abolitionis, aut dispensationis, ubicumque sit; nisi dependenter ex eo, quod Romam esset, id secundum iuramentum emitteretur. Quia fuit duplex votum, aut iuramentum. Ac quando est posterior intentio, haberet se materialiter aditus Romæ, ut illic est Pontificis sedes. Quare si alibi esset, non teneretur vovens illic adire, nec adeundo fastidiret. Quippe votum re vera, & formaliter fuit obtinenda abolitionis, aut dispensationis à Pontifice, ubicumque sit. Quoad dispensationem etiam est discrimen. Quia quando prior esset intentio, non est certa facultas Episcopi ad dispensandum in hoc voto vel iuramento: cum sit pereginationis Romam. Quamvis probabilis sit posse. Quia est votum illius in prænam transgressionis voti, vel iuramenti, vel conditionale, nempe, si ille voverit obtinere dispensationem. In quibus casibus dicemus suo loco posse Episcopum dispensare in his votis referuntur. Quando vero est posterior intentio, est certa facultas Episcopi ad dispensandum. Nam non est votum pereginationis Romam formaliter, sed in locum, ubi fuerit Pontifex. Quod si vovens, vel iurans promiserit se aditurum Romam, & ut nullus præter Pontificem possit illum abolere à transgressionem: valebit votum quo ad priorem partem licitam, & possibilibus; non autem quo ad posteriorem voventi impossibilibus, nisi intentio fuerit obligare se ad utrumque per modum uniti, ita ut vel utrumque, vel neutrumque obliget. Sed si dubia sit intentio, spectanda sunt verba, & illorum proprietate, & communis intellectus standum est. Ut probavi l. 1. de matr. disp. 18. n. 8. Et cæteris omnino partibus excellentibus, in favorem valoris iudicandum est. Ut probavius hoc l. 4. summo e. 2. in fine.

35 Quamvis autem intentio vovens, vel iurantis esset obligare se ad Pontificem adendum gratia abolitionis peccati obtinenda, vel relaxationis, dispensationis petenda, valeret utriusque dispensatio obrepta ab inferiori, est peccata obtinendo. Quia illi non est ablata dispensandi facultas. Et ita optime Azor. lib. 11. inf. mor. cap. 19. q. 15. dixit votum non petenda dispensationis, nisi à Pontifice, minime est relaxari. Quare ea impetrata non teneretur hic adire Romam. Quia cessant finis, nempe, ut ratione difficultatis impetrandi arceretur ab ea petenda. At si iuramentum esset non utendi ea impetrata ab alio, quam à Pontifice, est prius votum, vel iuramentum extinctum sit per illam dispensationem ab inferiori obtentam, durabit hoc, cuius transgressor erit ea utendo. At nequit valide obtinere abolitionem à peccato transgressionis ab inferiori. Quia est per id votum non sit ablata potestas inferiori. Et ideo ex hoc capite non claudicet absolutio: claudicat tamen ex alio. Quia cum votum transgressionis procedat abolitionem ab alio extra calum necessitatis, peccat mortaliter: & proinde ex hoc capite absolutio est nulla. At valeret, si bona fide, aut ratione necessitatis excusaretur à peccato petenda illius abolitionis. Et cum tunc iam cessaret finis: divede enim absolutio confessorius ab eo peccato, cessabit quoque obligatio voti adendum Pontificem ad abolitionem obtinendam.

36 Tandem facile est remedium, quo hic scrupuli, & perplexitates vitentur. Idque erit, impetrare ab Episcopo, vel alio inferiori potente ex privilegio dispensare, aut commutare, dispensationem; aut commutationem huius posterioris voti, vel iuramenti: quæ non reservari diximus n. 34. Et deinde poterit prioris iuramenti, aut voti dispensatio, aut commutatio ab eisdem obtineri.

37 Ultimo deducitur, quid dicendum sit de voto non procurandi, aut non acceptandi Episcopatum. Quidam id valere negant. Quod impedit perfectissimum Ecclesie statum illicque utilissimum. Ita Glossa c. unico. Verbo Sacrosanctus d. 35. Romanus singulari 507. Angelus verb. Iuramentum s. n. 3. Navarr. summa c. 12. num. 16. Barbosa l. Alia s. 5. Eleganter n. 28. ff. de matr. Azor. lib. 11. institutionum moralium c. 5. quest. 1. vers. Quæres, an ejusmodi, ubi idem dicit de voto non fungendi alio magistratu, aut officio publico. At omnino dicendum est, id votum valere, & esse licitum, dummodo restricta sit intentio non acceptandi, nec procurandi quantum est ex parte sua, secula obedientia illius prælati, qui ad acceptandum potest obligare. Et hoc intelligunt Doctores prædicti. Ratio est, quia non procurare, nec acceptare Episcopatum, quantum est ex parte sua ipsam potest ac honores, diuitiasque refugit. Atque ita videmus multos sanctos, ut D. August. D. Ambros. D. Gregorium ut ex totorum vita constat totis viribus relictis, ne Episcopi crearentur. Quod minimum essent, nisi id humilitatis opus Deo gratissimum esset. Ergo est materia vo-

ti. Insuper quia perfecti Societatis Jesu id votum emittit ut juxta eorum constitutiones, quas varii Pontifices approbaverunt. Item, quia illicitum est procurare Episcopatum, ut defendit D. Thomas communiter receptus 2. 2. q. 185. art. 1. Ergo non procurare quantum est ex parte sua, & oblatum respicere, est licitum, ac materia votum. Atque ita Div. Thomas ea quest. 185. art. 2. ait licitum esse secundum propriam voluntatem reculare Episcopatum, sicut contra superioris præceptum. Nec obstat ratio contraria. Abulensis enim statim allegando respondet optime, est Episcopatum sit status perfectissimus, cum tamen supponere perfectionem in homine recipiente, & reddere illum minus aptum ad eam denuo acquirendam. Et ideo nemo debet se perfectum exillimare, ut recipiat, nec temere exillimare, fore ut in eo perfectionem acquirat. Insuper id votum non impedit, imò juvat perfectissimum Episcopatum statim. Qui ad illum procurantibus destruitur, & à nemine ita dignè tradatur, ac à repugnantibus illi; teste D. Gregorio relato c. Sicut id 1. quest. 6. Et pro hoc parte fuit Hostiensis summa, tit. de voto, n. 4. Abulensis c. 30. Num. q. 57. Alfonso, quem refero, ac sequitur Gualtero de prænam. 1. parte c. 72. num. 9. ubi ajunt id votum licitum esse, & quod calum necessitatis, ut in dubio exclusus censetur. Quod idem non obscure dicit D. Thom. 2. 2. q. 80. art. 7. ad 2. dicens, si quis jurat se non acceptaturum Episcopatum in casu, in quo expedit accipere, esse iuramentum illicitum. Et in propriis terminis docent Satus lib. 10. de justit. qu. 2. artic. 2. ad 3. Corduba summa quest. 154. Manual. 2. tomo summa c. 94. num. 15.

38 Et si roges, quis fit prælati potens cogere ad acceptandum Episcopatum. Valentia 2. 2. disp. 10. quest. 3. punct. 3. col. 5. conel. 6. ait optime nullum prælatum, etiam religionis potest ad id cogere, sed id esse solius Pontificis. Quod eius sit ad id cogere, qui potest Episcopos confirmare: per hoc enim potissimum Episcopi constituuntur. At hac confirmatio est solius Pontificis. Item, quæ prælati religionis solium potest subditis præcipere, quæ pertinent ad regulas, At Episcopatus potius liberat subditum regulari observantia; & absurdum est, potest prælatum id subdito præcipere, per quod ab eius obedientia eximitur.

39 Sed si emisso hoc voto iuberetur vovens à Pontifice acceptare Episcopatum abique Ecclesie necessitate. An ego relatus ab Hostiensis summa tit. De voto, numero 4. ait ipsi non audiendum. Sed merito contrarium docet Hostiensis, ibi, & Abulensis cap. 30. Num. quest. 58. Quia in eo voto censetur exclusio auctoritatis Pontificis contrarium præcipientis. Et ideo nil contra votum sit, eo quomodocumque præcipiente.

SUMMARIUM.

An votum minus boni incompatibile cum religione, ita ut ad illam sit transitus, valent? num. 40.
 Quid, si ex voti illius executione impediretur transitus ad religionem? num. 41.
 Quid, si vovens hæc dirigeret, ne sibi fas esset hic transitus? num. 42.
 Quid, si ita vellet eo voto ligari, ut non liceret sibi transire à religione, aut ad statum perfectionem? num. 43.
 An idem sit sensus horum verborum? Promitte me ingressurum hæc religionem, si quam ingrediatur; vel nullam aliam, quam hæc, vel ab hac, vel nisi hæc, vel præter hæc? num. 44.
 Quando de intentione non constat, standum est communi verborum intellectu? num. 45.
 An valent hæc vota? Refertur quadam sententia, num. 46.
 Explicatur sententia Auctoris, num. 47.
 Quid de his votis, promitto me non recitaturum calculos virginicos, nisi genuis flexis, vel nisi meditando mysteria? Ubi quid sit recitatio, recitatio attentè, si dederit elemosynam, non dabo malo sine?
 An prædicta vota liceat propria auctoritate commutare in ingressum religionis inferioris, vel recitationem simplicem? num. 49.
 Quid de hoc voto, promitto me nullam aliam religionem ingressurum, sed hæc? num. 50.
 Post num. 50. invenies alia summaria.

40 Questio secunda. An opera bona, quasi contrariè opposita consilii, quæ non continent descensum ad imperfectionem statum, eo, quem vovens habebat, sint legitima voti materia? Affirmant omnes, & specialiter Valentia 2. 2. disp. 6. q. 6. punct. 2. col. 8. conel. 2. Et ita valet votum deseruendi in perpetuum xenodochio; votum ingrediendi laxiorem religionem, & in ea perfeuerandi. Quare optime Palud. 4. d. 38. q. 1. num. 29. D. Anton. 2. p. 1. c. 2. in prin. notab. 4. Sylv. verb. Votum 1. q. 2. in fin. Tab. verb. Votum 1. in fin. hæc regulam tradunt. Quando votum includit aliquid bonum, quod est sufficiens ipsius materia, quamvis illud perfectionem bona excludat, validum est. Atque eam rationem reddunt. Quia materia illa promissa, ut perfeuerantia in religione laxiori, est sufficiens voti materia respectu status imperfectionis, quem tunc vovens habebat, qui est esse in seculo, atque est res consilii. Præterea, quia ut diximus c. 1. n. 1. non oportet materiam voti esse quid optimum, sed satis est contraria sua esse quid melius. At melius est ingredi religio-

religionem laxiorem, & in ea perfeuerare, quam non ingredi; & melius est servire perpetuo xenodochio, quam non servire. Tandem, quia per hæc vota non precluditur via ad statum perfectionem. Nam relicto illo xenodochii servitio, fas est huic ad religionem migrare; & ante, & post professionem in religione laxiori potest ad strictiorem transire.

41 Imò, est ex voti illius executione præcluderetur via ad perfectionem statum, valeret adhuc votum. Ut si quis Deo promitteret se in servum venditurum, ut pretio captivos pauperes redimeret, valeret votum. Similiter valeret votum profectum in religione laxiori, quamvis peculiariter privilegio Pontificis, vel ex statuto religionis strictioris, non esset ad illam transitus via illa laxiori. Ratio est, quia materia illa promissa ad consilium Evangelicum pertinet, nec ordinatur ad viam statui perfectionis præcludendam, elique multo melior, quam sua contraria. Secundo, quia est diversa ratio de voto flatu conjugalis assumendi. Nec enim ob id solum non valet, quod viam ad altiorum statum præcludat; sed quia ita præcludit, ut constituat voventem in statu imperfectionis, quam est ille, quem tunc vovens habebat; & ita ipsi aliquid bono magis Deo accepto, & continet descensum à perfectioni coibitatus flatu ad imperfectionem conjugii. Quod in votis prædictis non invenitur. Item quia altior est ad Deum cultum prædicta obligatio; est enim ingressus in religionem, aut in strictiorem, offer utilior; at dum non ingrediatur, utilis est hæc esse obligatio ad ea bona imperfectionis. Quod certitudo horum bonorum incertitudinis altioris boni præponderet.

42 Si tamen vovens eodem promissam per hæc vota dirigeret, ut se ad perfectionem religionis statum, aut religionem strictiorem assumenda ineptum redderet; vel ut hæc ineptitudinem à Deo impetraret, irritum esset votum. Quia finis rei promissæ repugnat consilii Evangelicis; & sic malus est finis, & impium est velle id à Deo consequi. Secus autem esset, si res promissa non ordinaretur ad id, nec votum ad impetrandum id à Deo, quamvis votum ipsum ad eam ineptitudinem comparandum ordinaretur. Quia malus finis hoc solo posteriori modo intenteus non irritat. Ut dixi c. 6. n. 13.

43 Similiter si ita quippiam vellet se ad ea vota obligare, ut simul vellet manere obligatus ad non transeundum ad rem perfectionem, valeret quidem votum, quo ad illa bona, non tamen quo ad negationem status perfectionis. Ut bene docent Sylvius & Tab. n. 40. alleg. Quod intelligit, nisi vovens vellet obligari ad hæc per modum uniti, & penderet ab illius negationis obligatione. Tunc enim cum negatio illa sit incepta materia, votum votum corrumpit. Ut latius c. 10. dicemus; ubi & quid in dubio.

44 Ex his deducitur, quid dicendum sit de hoc voto, promitto me ingressurum hæc religionem, si quam ingrediatur. Et præmittendum est, juxta veriorum sententiam, quam latè probavi l. 1. de matr. disp. 19. n. 15. & 10. contra alios, eundem esse sensum verborum, promitto me ingressurum hæc religionem, si quam ingrediatur; vel nullam aliam ab hac, vel nisi hæc, vel quam hæc, vel præter hæc. Quippe omnia hæc verba voti nullam ingrediendi religionem obligationem inducunt, sed liberum voventi manet ingredi; sed solum obligant ad ingrediendum hæc sub conditione, nempe, si religionem ingredi velit ille.

45 Secundo præmittit, quando de speciali hæc vota emittentis intentione non constat, standum esse communi verborum intellectu, in utroque foro. Ut probavi lib. 1. de matr. mon. disputat. 18. numer. 8. & explicabo infra cap. 11. num. 29.

46 Difficultas ergo eodè pertinet, an votum sub dicta verborum forma emissum valeat, ut non est alia specialis intentio vovens, quam verba sonant. Quidam Neoterici existimant id votum esse irritum, nisi ob speciales rationes sola illa religio esset voventi expediens. Ducuntur, quia est melius sit conditionali ingressus religionis obligatione ligatum esse, quam ab omni obligatione liberum; id tamen tunc tantum est verum, quando conditio illa nil valde conditionalis est utilior ad Dei honorem, quam illa conditio. Quod illa obligatio conditionalis flante, potest vovens nil utitè ad Dei honorem facere. At obligatio hæc absoluta tenetur ad aliquid utile Dei honori. Non tamen potest hæc efficere abique commutandi intentione, tenendo ea vota conditionalia valere. Quia si prior obligatio non commutatur, adhuc manet, & consequenter obligat: ac subinde peccatum transgressionis est contrarium facere.

47 Tandem si votum sit sub hac forma, Promitto me nullam aliam religionem ingressurum, sed hæc, non est similis formæ, ac vota num. 44. relata. Quia illa nullam obligationem absolutam continent, sed solum conditionaliam eligende illius partis, si aliqua eligenda sit. At hæc forma includit affirmativam obligationem ingrediendi hæc, & negativam alias omnes non ingrediendi. Ut probavi lib. 1. de matr. mon. disputat. 19. num. 2. Quare dicendum est, quod diximus num. 43. de obligante se ad servendum in perpetuum xenodochio, & ad non ingrediendum religionem, sic distinguendo. Si religio illa sit cæteris strictior, obligabit votum quo ad utramque partem. Quia est alias religio non ingrediendi, absolute sumptum minime sit voti materia. At id ordinatum ad ingrediendum strictiorem religionem, & cum

expediens. Quia militat eadem rationes; nam melius est aliam religionem ingredi, quam nullam. Et cæteræ sunt apta voti materia; ac proinde illarum negatio est incepta materia.

47 At verius existimo valere ea vota. Quod fulsint Paludanus 4. diff. 38. questione 1. numero 30. concili. 3. D. Antonius 2. part. tit. 11. cap. 2. in principio, notabili 4. in fin. Sylvius, verb. Votum 1. quest. 4. in fin. Ducor, quod ea vota sint conditionalia, nec ex principali intentione excludant reliqua bona, sed principaliter includunt hoc bonum, quod est ingredi hæc religionem, est non purè, sed sub conditione. Et hinc solvitur secunda ratio, cui contraria sententia innuitur. Quippe ea procedit, quando ex principali intentione vovetur illa negatio, quæ est incepta voti materia; secus quando venit in consequentiam alicujus boni promissi, quod est sufficiens voti materia. Ut diximus numero 40. Nam votum se venundandi ad pauperes captivos redimendos excludit consequenter ingressum religionis. Quia tamen id est in se bonum, & sufficiens voti materia, nec ex principali intentione eo tendit, ut excludat religionis alterius ingressum, valet. Quare factor id votum non valere, quando non principaliter propter affectionem illius religionis sub conditione promissæ, sed propter aliarum aversionem emitteretur. Quia is vovens loquendo formaliter tantum vult se obligare ad non ingrediendum religiones alias; atque ita ex principali intentione, earumque aversione eas excludere vult, nec ex principali intentione vult eam conditionaliter obligare se ad illam religionem. Quare sententia hæc procedit, si quam ille huius religionis sit promissio hæc ingrediendi, si quam ille ingrediatur. Secundo probatur, quia materia huius voti conditionalis præstantior est, quam sua contraria. Quippe melius est huic ligatum esse obligatione conditionalis huius religionis, quam omni prout obligatione locutionis esse. Qualis esset hoc voto non emisso, aut non obligante. Et hinc solvitur prima ratio contraria sententia. Quia hoc votum esse se non impedit aliquid majus bonum, sed eo tendit, ut bonum hoc comparetur. Et (ut dicemus numero 49.) potest hic propria auctoritate commutari in aliud bonum inferius. Quando autem conditio hæc censetur impleta; & qualiter tunc obliget hoc votum, dicemus c. 23. n. 41.

48 Atque idem prolixè dicendum est de his votis, Promitto me non recitaturum calculos virginicos, nisi genuis flexis, vel nisi meditando mysteria; vel quoties recitavero, eo modo recitaturum. Vel promitto me non erogaturum elemosynam centum aureis minorum; vel quoties erogavero, datum centum aureis minorum. Quia omnes huiusmodi vovendi formæ non obligant ad recitandum, nec ad ullam elemosynam, sed ad eum modum servandum, si vovens adque recitare voluerit, aut elemosynam largiri. Quare includit negationem non recitandi aliter, ac non aliter dandæ elemosynæ. Quæ non sunt voti materia, & arcent ab alio recitandi modo, & minor elemosyna, quæ in Dei obsequium cederet. Et ita secundum sententiam relatum num. 46. hæc vota non valent. At retenta nostra postea num. præcedenti hæc vota est in omni sententia valent vota, quando negatio inclusa excluderet id, quod est incepta voti materia. Ut si quis promitteret se recitaturum attentè, quoties recitare voluerit; aut quoties dederit elemosynam, non daturum ob finitum finem; ut ob vanam gloriam. Quia negatio inclusa rejicit recitationem abique attentione, & elemosynam cum finitro fine. Quæ cum peccata sint, sunt incepta voti materia.

49 Id tamen in omni sententia standum est, nempe, est omnia hæc vota valida sint, licere huic voventi commutare propria auctoritate omnia prædicta vota in partem minus bonam per ea excludam. Ut qui promittit se ingressurum Carthusianam, si quam religionem ingrediatur, potest commutare in ingressum in inferioriorem. Et qui promittit se recitaturum calculos virginicos genuis flexis, aut meditando mysteria, si recitare voluerit, poterit commutare in simplicem recitationem abique eo modo. Quia hæc obligatio absoluta est utilior ad Dei honorem, quam illa conditio. Quod illa obligatio conditionalis flante, potest vovens nil utitè ad Dei honorem facere. At obligatio hæc absoluta tenetur ad aliquid utile Dei honori. Non tamen potest hæc efficere abique commutandi intentione, tenendo ea vota conditionalia valere. Quia si prior obligatio non commutatur, adhuc manet, & consequenter obligat: ac subinde peccatum transgressionis est contrarium facere.

50 Tandem si votum sit sub hac forma, Promitto me nullam aliam religionem ingressurum, sed hæc, non est similis formæ, ac vota num. 44. relata. Quia illa nullam obligationem absolutam continent, sed solum conditionaliam eligende illius partis, si aliqua eligenda sit. At hæc forma includit affirmativam obligationem ingrediendi hæc, & negativam alias omnes non ingrediendi. Ut probavi lib. 1. de matr. mon. disputat. 19. num. 2. Quare dicendum est, quod diximus num. 43. de obligante se ad servendum in perpetuum xenodochio, & ad non ingrediendum religionem, sic distinguendo. Si religio illa sit cæteris strictior, obligabit votum quo ad utramque partem. Quia est alias religio non ingrediendi, absolute sumptum minime sit voti materia. At id ordinatum ad ingrediendum strictiorem religionem, & cum

